

3518 Bonae deae sacr. | C. Valerius C. f. Martialis.

3519 Silvano | sacr. | C. Valerius C. f. | Martialis.

Minturnis (X 5998. 5999 semel descriptae).

3520 imperio Silvani | ni qua mulier velit | in piscina virili | descen-
dere, si minus | ipsa de se queretur, | hoc enim signum | sanctum est.

Romae rep. trans Tiberim (VI 579; Huebner ex. scr. epigr. n. 1158).

3521 Silvano sacrum | Tychicus | Glabrionis n. ser. | vilicus horto-
rum | v. s.

Romae in colle hortorum (monte Pincio) rep. (VI 623; Huebner ex. scr. epigr. n. 1153). De hortis Acilianis, quos propter hunc titulum credunt illo loco fuisse, dixit Lancianius Bull. arch. comunale 1894 p. 152 seq.

3522 Communis C. Petroni | saltuarius¹ votum | Silvano solvit libes |
merito.

In monte Vesuvio supra Herculanum rep. (X 1409 Nissen vidit ectypum). Nissen litteras iudicavit saeculi p. Chr. alterius. Nomen domini tamen videtur indicare aetatem antiquiorem. — 1) Alios titulos Silvano dedicatos a saltuariis habes infra N. 5524 et V 5548. IX 5421.

3523 Silvano sac[r.] | Ursulus vil. Dian[ae]¹ | et candidati²: | Threptus,
Troph[imus], | Alcides, Euty[chus], | Sumphor., Herme[s], | C[os]mus,
Faustus, | ex viso.

Prope Capuam ad S. Angeli in Formis (cf. supra N. 5240) rep. (X 8217 vidit Dressel). — 1) Servus fuit vilicus Dianae Tifatinae. Ancilla quae fuerat eiusdem ut videtur Dianae Tifatinae, deinde liberta, memoratur in hoc lapide sepulcrati originis ut videtur Campanae: M. Orfio M. f. Fal. | Rufa Dianae | l. sibi et coiuci (sic) | suuo (sic) fecit. — 2) Candidati servi hi, quos apparet sub Ursulo vilico fuisse, fortasse ideo appellati, quod destinati erant ad successionem officii eius (Mo.).

3524 S. Aug. s.¹ (Silvanus iuvenis, d. falcem, s. pinum tenens; iuxta sedet
canis) C. Ingenuvius Helius | saltuar. Virtutis | v. m. l. p.²

In agro Ferrariensi rep., est Ferrariae (V 2383 vidit Mommsen). — 1) Silvano Augusto sacrum. — 2) Votum merito libens posuit.

3525 S. s. s.¹ | Sex. Scutari[us] Aethrius | et filii sui et | Heracla |
cognatus | dedicarunt.

Romae, in museo Vaticano, truncus arboris marmoreus vite cinctus, infra animalia varia, in spatio quadrato in tabellae modum laevigato incisus est titulus (VI 687; imaginem dedit Reifferscheid ann. inst. arch. 1866 tab. L fig. 1 cf. p. 222). — 1) Silvano sancto sacrum.

3526 sancto | Silvano vo[tum] ex viso | ob libertatem | Sex. Attius
Dio[nysius] sig.¹ cum | base d. p.²

Prope monasterium Sublacense, retro Tibur, rep. (XIV 3456 vidi). — 1) Signum, 2) donum posuit.